

Band VIII., Nr. 2773, Seite 97-98

Die Ritter Berthold, Konrad und Sweneger, Gebrüder von Remchingen, bekennen, das Kloster Herrenalb an seinen Leuten und Gütern in Dietenhausen unrechtmäßiger Weise mit Auflagen bedrückt zu haben, und erkennen ausdrücklich die Freiheit der Güter und die einzelnen Rechte des Klosters und seiner Leute an.

Ohne Ortsangabe, 1278. März 12.

Nos Bertoldus, Cūnradus et Swenegerus fratres milites de Remechingen una cum nostris et pro nostris heredibus et successoribus universis presentibus publice profiteamur, quod nos aliquamdiu monachos de Alba Cisterciensis ordinis Spirensis dyocesis et homines et colonos eorum in Dietenhusen et in bonis suis ibidem, que ad ipsos sunt libere devoluta, angariavimus servitiis indebitis et iniustis, licet etiam ipsa bona multo tempore ab eis fuerint possessa cum omni libertate, qua aliquis hominum bona sua vel allodia debet aut poterit possidere, quod recognoscimus per presentes. Et nichilominus ipsi homines et coloni eorum ibidem et animalia eorundem uti debent et poterunt silvis pratis pascuis viis inviis almendis libertatibus communitatibus et immunitatibus universis in villis Nettingen Elmendingen Urbach Muschelnbach et Darmesbach et marchiis et terminis earundem, que omnia etsi iure non habuissent ab antiquo nichilominus tamen nos et nostros ad hec observanda perpetuo attestacione presentium obligamus, nec tamen huiusmodi occasione aut alia qualibet ex causa nobis aut nostris seu cuicunque hominum ad aliqua genera servitutis exactionis aut consuetudinis tenebuntur sicut nec ab antiquo. Preterea quicquid temeritatis sive frevel infra septa sive eter predictorum bonorum contigerit, per omnia cedit monachis prelibatis, quicquid vero extra septa in agris tamen ipsorum aut pratis seu etiam bonis aliis fuerit perpetratum a personis clastro sive Dietenhusen attinentibus, dictorum monachorum erit totaliter satisfactio et emenda, si quid autem extra septa predicta ab extraneis fuerit commissum, ad nos tantummodo pertinebit. Item super bonis suis predictis poterunt sicut et ville nostre banweide et uhteweide constituere et bona sua deducere vel inducere metere et tondere et alia omnia ordinare prout ipsis expedire videtur. Insuper renuntiamus omni consuetudini actioni et iuri, si que nobis vel nostris de bonis memoratis competebant vel competere videbantur. Ipsi quoque monachi hac de causa renuntiabant impetitioni, quam habebant super villis Urbach et Muschelnbach ratione silve a patre nostro C[unrado] bone memorie ibidem eradicata, quam dicebant ad ipsa bona Dietenhusen ab antiquo pertinere. In quorum omnium robur et

II

evidentiam presentem litteram sigillis domini Symonis comitis Gemini Pontis et nostris sepedictis monachis tradidimus communitam.

 Datum anno domini MCCLXX octavo, Gregorii pape.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißleinenen Schnüren 4 Siegel aus mit Mennig gemischtem Wachse, zum Teil etwas beschädigt: 1) des Grafen Simon von Zweibrücken (vgl. WUB, Bd. VI, S. 295), 2) des Berthold von Remchingen (vgl. WUB, Bd. VIII, S. 79), 3) des Konrad von Remchingen (vgl. WUB, Bd. VII, S. 176); 4) des Sweneger von Remchingen, c. 50, 38 mm (IV.A.1.): 2 gekreuzte Glevenstäbe; Umschrift: + SIGILLUM . SWENEGERI . DE . REMICHINGEN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 149

Überlieferung und Textkritik:

Original. War ehemals im GLA Karlsruhe. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatat HStA Stuttgart H 14 Nr. 139, S. 394-395.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 2, S. 115 (mit dem unrichtigen Datum: November 28).

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Auerbach Wohnplatz (5496)
 Auerbach, Karlsbad, KA
 Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Darmsbach Wohnplatz (7137)
 Darmsbach, Remchingen, PF
 Dietenhausen Wohnplatz (7123)
 Dietenhausen, Keltern, PF
 Ellmendingen Wohnplatz (7125)
 Ellmendingen, Keltern, PF
 Mutschelbach Wohnplatz (5504)
 Mutschelbach, Karlsbad, KA
 Nöttingen Wohnplatz (7139)
 Nöttingen, Remchingen, PF
 Remchingen Wüstung (25960)
 Remchingen, PF, W
 Speyer, SP
 Zweibrücken, ZW